52 Italian, probably Milan, late 16th century



EX LIBRIS
CLARENCE H. CLARK



John Frederick Lewis

~~No~~ Page 142 - J.
Vols. in Set. 1.
No. in Set. 1.
Acc: 1965.

REVERENDISS: P. THEODO-
ro Cambio Sac:
Theologiæ Doctori; necnon totius Congr.
Mantuanę Vic:
Generali Meritiſſimo.
Cui Superi maiora auſpicantur.
F. Eliſeus Bonettus Mediol:
S. P. D.

OFficiorum tuorum erga me, nihil non Reuerendiſſ: P. magnitudini percupidus exhibendi, quippe cũ perſortis tenuitatem omnia pſoluere non liceat, gratoq; me tibi debere animo comprobatũ velim, operã. ſ. meam, quę ſolutionis loco ſit, qui tibi dare poſſem maximopere ſtudui. Cumq; magis, magiſq; ex votis deſideria perficienda curarem, hoc laboris opus, cui inter virtutis tuæ inſignia locus detur, tibi dicandum propoſui. Rurſus verò me exanimatum, imbecillus, iterum deterruit animus, minus .n. id dignũ, quod tanto

Prę

Præſuli traderetur, agnoſcens, quid conſilij ca.
perem, incertus extiti. Namq; inconſultos, ſi
quid temerè audeant in poenitudinē plerūq;
adduci, expertus ſum. Quapropter te hinc.
inde librata, plus amor, quam habenda ratio pō.
deris habuiſſe viſus eſt. Hoc igitur tenue la.
boris opus tibi, quo magis mea in te ſtudia
conſtarent oblatum Reu.^{me} P. volui. Tu uelim
igitur pio in eum, qui largitur, accipias in.
tuitu. te interim, vt feliciſſima quæque pro.
ſequantur auſpicia humillime deprecor.
Vale.

PROPRIVM
DE TEMPORE.
DOMINICA PRI-
ma Aduentus. Cap.



Cce dies ve-
niunt, dicit
Dominus; &
ſuſcitabo Da-
uid germen
iuſtum: & re-
gnabit rex,
& ſapiens e-
rit: & faciet
iudicium, &
iuſtitiam interra. ℟. Lætentur cęli: &c.

Oratio.

EXcita, quęſumus Domine, potentiam
tuam, & veni: vt ab imminentibus
peccatorum noſtrorum periculis, te me-
re-

reamur protegente eripi; te liberante ſaluari. Qui viuis, & regnas. &c.

DOMINICA II.

Aduentus.

Cap. Ecce dies veniunt. &c. vt ſupra.

Oratio.

EXcita Domine, corda noſtra ad præparandas Vnigeniti tui vias: vt per eius Aduentum, purificatis tibi mentibus ſeruire mereamur. Qui tecum viuit, & regnat. &c.

DOMINICA TER.

tia Aduentus.

Cap. Ecce dies veniunt. &c. vt ſupra.

Oratio.

Aurem tuam quæſumus Domine precibus noſtris accommoda: & mentis noſtræ tenebras gratia tuæ viſitationis illuſtra.

Qui

Qui viuis. &c. DOM. IIII. Aduen. Orõ.

EXcita Domine potentiã tuã, & veni: & magna nobis virtute ſuccurre: vt per auxilium gratiæ tuę, quod noſtra peccata prępediunt; indulgentiæ tuæ propitiationis acceleret. Qui viuis. &c.

IN NATIVITATE Domini. Cap.

POpulus Gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. ℟. In principio. &c.

Oratio.

DEus, qui nos redemptionis noſtrę annua expectatione lętificas; pręſta: vt Vnigenitum tuum, quem Redemptorem læti ſuſcipimus, venientem quoque iudicẽ ſe-

ſecuri videamus Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum.

Ad Laudes, & ſecundas Veſp. Cap.

MVltifariam, multiſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouiſſimè, diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit hęredem vniuerſorum, per quem fecit, & ſęcula.

Oratio.

COncede, quæſumus omnipotens Deus: vt nos Vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem Dom.

In ſecundis Veſp. Pro S. Stephano. Orõ.

DA nobis, quæſumus Domine, imitari, quod colimus, vt diſcamus, & inimicos diligere: quia ęius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ Filium tuum

tuum. Qui tecum viuit.

IN DIE S. STEPHA-

ni. Protom. C.

Stephanus autem plenus gratia, & for-
titudine faciebat prodigia, & ſigna ma-
gna in populo. Oratio.
Da nobis quæſumus. vt ſupra. Pro com-
mem. Natiuitatis. Orõ. Concede. vt ſup.
In ſecundis Veſp. Cap. Stephanus. Orõ.
Da nobis quęſumus. vt ſup. Deinde pro
S. Ioanne. Orõ.

Ecceleſiam tuam, Domine, beni-
gnus illuſtra: vt beati Ioan-
nis Apoſtoli tui, & Euange-
liſtæ illuminata doctrinis, ad
dona perueniat ſempiterna. Per Dom.

IN FESTO S. IOAN.

Apoſt. & Euang. Cap.

Qui timet Deum, faciet bona: & qui cõ-

tinẽs

tinens eſt iuſtitiæ, apprehendet illam, &
obuiabit illi, quaſi mater honorificata.
Oratio. Eccleſiam tuam. 6. Deinde pro
commem. Natiuit. Oratio. Concede. ſ. De
S. Stephano. Oratio. Da nobis quęſumus.
ſ. In ſecundis Veſp. Cap. Qui timet Deũ.
Oratio. Eccleſiam tuam. 6. Deinde pro In-
nocentibus Oratio.

DEus, cuius hodierna die prę-
conium Innocentes marty-
res, non loquendo, ſed mo-
riendo confeſſi ſunt, omni-
a in nobis vitiorum mala
mortifica; vt fidem tuam, quam lingua
noſtra loquitur, etiam moribus vita fate-
atur. Qui viuis. &c.
Deinde pro commem. Oratio. Concede.
ſ. De S. Stephano. Orõ. Da nobis quęſu-
mus. ſ.

IN DIE SS. INNOCEN-
tium. Cap.

8

VIdi ſupra montem Sion A-
gnum ſtantem, & cum eo cẽ-
tum quadraginta quattuor mil-
lia habentes nomen eius, & no-
men Patris eius ſcriptum in
frontibus ſuis. Oratio. Deus, cuius hodier-
na. Deinde fit comme. Natiuita. Oratio Cõ-
cede. ꝛ. De S. Stephano. Orõ. Da nobis qs. ꝛ.
De S. Ioanne. Orõ. Eccleſiam tuam. 6. In ſe-
cundis Veſp. Cap. Vidi ſupra montem. Orõ.
Deus, cuius hodierna die. Pro S. Thoma. Orõ.
DEus, pro cuius Eccleſia glorioſus pon-
tifex Thomas gladijs impiorum occubuit:
præſta quæſumus; vt omnes, qui eius implorãt
auxilium, petitionis ſuæ ſalutarem conſequãtur
effectum. Per Dom.
Deinde pro com. Natiuita. Orõ. Concede. ꝛ.
De S. Steph. Orõ. Da nobis, qs ꝛ. De S. Ioan-
ne. Orõ. Eccleſiam tuam. 6.

DOMINICA INFRA OC.

tauam Natiuitatis. Cap.

QVanto tempore, hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum dominus omnium; ſed ſub tutoribus, & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à patre. ℞ In principio. &c.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus: dirige actus noſtros in beneplacito tuo; vt in nomine dilecti Filij tui, mereamur bonis operibus abundare. Per eũdem Dom.

In ſecundis Veſp. pro com. Natiuit. Orõ. Concede. 5. De S. Steph. Orõ. Da nobis, quæſumus. 5. De S. Ioanne. Orõ. Eccleſiã tuam. 6. De SS. Innocentibus. Oratio. Deus, cuius hodierna die. 7.

IN FESTO S. SILVESTRI Papę, & Confeſſ. Orõ.

Da

Da quæſumus omnipotens Deus. de communi. 61.

IN CIRCVMCISIONE Domini. Cap.

MVltiſariam, multiſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit hęredem vniuerſorum, per quem fecit, & ſecula. ℟. Verbum caro. &c.

Oratio.

DEus, qui nobis nati Saluatoris diem celebrare concedis octauum: fac nos quęſumus eius perpetua diuinitate muniri, cuius ſumus carnali commercio reparati. Qui tecum.

In ſecundis Veſp. commem. S. Steph. Orō.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui primitias martyrum in beati Leuitæ

Ste.

Stephani ſanguine dedicaſti ; tribue, quæ-
ſumus, vt pro nobis interceſſor exiſtat,
qui pro ſuis etiam perſecutoribus exora-
uit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum
Filium tuum. Qui tecum viuit.

In Octaua S. Stephani. Omnia ſicut in die.
preter Orationē. In ſecundis Veſp. fit com-
mem: S. Ioannis. Oratio. Eccleſiam tuā Do-
mine. 6. Pro SS. Innocētibus. Orō. Deus
cuius hodierna. 7.

In Octaua S. Ioannis Euang: Omnia ſicut in
die. cū comm. SS. Innocentiū. Orō. Deus cu-
ius hodierna. 7.

In Oct. SS. Innocentium. Omnia ſicut in die.

IN EPIPHANIA DOMINI.

Cap.

SVrge illuminare Ieruſalem: quia venit
lumen tuum, & gloria Domini ſuper te
orta eſt. ℟. In columbæ ſpecie. &c.

In

In primis Veſp. Orō.

COrda noſtra, quęſumus Domine, venturę feſtiuitatis ſplendor illuſtret: quò mundi huius tenebris carere valeamus; & perueniamus ad patriam claritatis æternę. Per Dom.

In Laudibus, & ſecundis Veſp. Orō.

DEus, qui hodierna die Vnigenitum tuū gentibus ſtella duce reuelaſti; concede propitius; vt qui iam te ex fidē cognouim᷒, vſq; ad contemplandam ſpeciem tuæ celſitudinis perducamur. Per eundem Dom.

DOMINICA INFRA OCT. quam Epiph. Cap.

OBſecro vos fratres per miſericordiam Dei; vt exibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentem, ſanctā, Deo placentem, rationabile obſequiū veſtrum. ℟. In columbæ. &c.

Ora.

Oratio.

VOta quęſumus Domine, ſupplicantis populi cęleſti pietate proſequere; vt, & quæ agenda ſunt videant, & ad implenda, quæ viderint, cōualeſcant. Per Dom.

IN OCT. EPIPHANIÆ

Cap. Surge. ij. Oratio.

DEus, cuius Vnigenitus in ſubſtantia noſtræ carnis apparuit: pręſta quæſumus; vt per eum, quem ſimilem nobis foris agnouimus intus reformari mereamur. Qui tec.

DOMINICA PRIMA POST Octauam Epiph. Orō.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui cæleſtia ſimul, & terrena moderaris: ſupplicationes populi tui clementer exau-

di:

di: & pacem tuam noſtris concede temporibus. Per Dom.

DOMINICA SECVNDA.



OMnipotens ſempiterne Deus, infirmitatem noſtrã propitius reſpice: atq; ad protegendum nos, dexteram tuæ maieſtatis extende. Per Do.

DOMINICA TERTIA.

Oratio.

DEus, qui nos in tantis periculis conſtitutos, pro humana, ſcis, fragilitate, non poſſe ſubſiſtere; da nobis ſalutem mentis, & corporis: vt ea, quæ pro peccatis noſtris patimur, te adiuuante vincamus. Per Dom.

DOMINICA QVARTA

Oratio.

FAmiliam tuam, quæſumus Domine cõ-

tinua

tinua pietate cuſtodi : vt quę in ſola ſpe gra-
tię cęleſtis innititur, tua ſemper protectione
muniatur. Per Dom.

DOMINICA QVINTA. Orõ.

PRæſta, quęſumus omnipotẽs
Deus : vt ſemper rationabilia
meditantes, quæ tibi ſunt pla-
cita, & dictis exequamur, &
factis. Per Dom.

DOMINICA IN SEP-
tuageſima. Orõ.

PReces populi tui, quæſumus Domine cle-
menter exaudi : vt qui iuſte pro peccatis
noſtris affligimur, pro tui nominis gloria mi-
ſericorditer liberemur. Per Dom.

DOMINICA IN SEXA-
geſima. Orõ.

Deus

DEus, qui conſpicis, quia ex nulla noſtra actione confidimus: concede propitius; vt contra aduerſa omnia Doctoris Gentium protectione muniamur. Per Dom.

DOMINICA IN QVINQVAgeſima. Oratio.

PReces noſtras quæſumus Domine, clemẽter exaudi: atq; à peccatorum noſtrorũ vinculis abſolutos, ab omni nos aduerſitate cuſtodi. Per Dom.

DOMINICA PRIMA QVAdrageſimę. Cap.

HOrtamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Orō.

DEus, qui Eccleſiam tuam annua quadra-

dra.

drageſimali obſeruatione purificas: præſta familiæ tuę; vt quod à te obtinere abſtinendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per Dom.

DOMINICA II. QVADRAG.

Oratio.

DEus, qui conſpicis omni nos virtute deſtitui: interius exteriusq; cuſtodi; vt ab omnibus aduerſitatibus muniamur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominũ noſtrum.

DOM. III. QVADRAG. Oratio.

QVæſumus omnipotens Deus; vota humilium reſpice: atq; ad defenſionem noſtram dexterã tuæ maieſtatis extende. Per Do.

DOM. IIII. QVADRAG. Oro.

COncede, quęſumus omnipotens Deus: vt qui

qui ex merito noſtræ actionis affligimur: tuæ gratiæ conſolatione reſpiremus. Per Dom.

DOM. DE PASSIONE. Capit.

DOminus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico: retrorſum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Orō.

QVæſumus omnipotens Deus, familiam tuam, propitius reſpice: vt te largiente, regatur in corpore: & te ſeruante, cuſtodiatur in mente. Per Do.

DOM. IN RAMIS PALM. Orō.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui humano generi, ad imitandum humilitatis exemplum, Saluatorem noſtrum carnem ſumere, & crucem ſubire feciſti; cōcede propitius; vt, & patientiæ ipſius habere documenta, & reſur-

ſurrectionis conſortia mereamur. Per eundē Dom.

Feria Quinta, Sexta, & Sabbato, dr̄ hæc Orō.

RESpice, quęſumus Domine, ſuper hanc familiam tuā: pro qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis ſubire tormentum. ſine. Qui tecum.

IN DIE S. PASCHÆ

In primis Veſp. Orō.

SPiritum nobis Domine tuæ Charitatis infunde: vt quos ſacramentis Paſchalibus ſatiaſti; tua facias pietate concordes. Per Domi. In vnitate eiuſdem.

Ad Compl. Orō. Spiritum. vt ſupra. In Laudib. & ſecundis Veſp. Orō.

DEus, qui hodierna die per Vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti: vota noſtra, quæ pręueni-

endo

endo aſpiras, etiam adiuuando proſequere. Per eundem Dom.

Ad Compl. Orõ. Spiritum.

FERIA SECVNDA. Orõ.

DEus, qui ſollemnitate Paſchali, mundo remedia contuliſti: populum tuum, quæſumus, cæleſti dono proſequere: vt & perfectam libertatem conſequi mereatur, & ad vitam proficiat ſempiternam. Per Dom.

FERIA TERTIA. Oratio.

DEus, qui Eccleſiam tuam, nouo ſemper fœtu multiplicas: concede famulis tuis: vt ſacramentum viuendo teneant, quod fide perceperunt. Per Dom.

DOM. IN ALBIS. Capitulum.

CHriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quòd

enim

enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel, quod autem viuit, viuit Deo. Orõ.

PRæſta, quæſumus, omnipotens Deus, vt qui paſchalia feſta peregimus, hæc te largiente, moribus, & vita teneamus. Per Do.

DOM. II. POST PASCHA. Orõ.

DEus, qui in Filij tui humilitate iacentem mundũ erexiſti: fidelibus tuis perpetuam cõcede lætitiam: vt quos perpetuæ mortis eripuiſti caſibus, gaudijs facias ſempiternis perfrui. Pereũdem.

DOM. III. POST PASCHA. Orõ.

DEus, qui errantibus, vt in viã poſſint redire iuſtitię, veritatis tuæ lumen oſtendis; da cunctis, qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, & illa reſpuere, quæ huic inimica ſunt nomini, & ea, quæ ſunt apta ſectari. Per Dom.

DO.

DOM. IV. POST PASCHA. Orõ.

DEus, qui fideliũ mentes vnius efficis voluntatis: da populis tuis, id amare, quod præcipis, id deſiderare, quod promittis: vt inter mundanas varietates, ibi noſtra fixa ſint corda, vbi vera ſunt gaudia. Per Dom.

DOM. V. POST PASCHA. Oratio.

DEus à quo bona cuncta procedunt, largire ſupplicibus tuis: vt cogitemus te inſpiráte, quæ recta ſunt: & te gubernante eadem faciamus. Per Dom.

IN ASCENSIONE DOmini. Cap.

PRimum quidem ſermonẽ feci de omnibus ô Theophile, quæ cœpit Ieſus facere, & docere vſq; in diem, qua præcipiens Apoſtolis per Spiritũ ſanctũ, quos elegit, aſſumptus eſt. ℟ Viri Gali.

Ora.

Oratio.

PRęſta, quęſumus, omnipotens Deus, vt noſtrę mentis intentio, quò ſollemnitatis venturæ glorioſus auctor ingreſſus eſt, ſemper intendat: & quò fide pergit, conuerſatione perueniat. Per eumdem Dom.

In Laudibus, & ſecundis Veſp. Orõ.

COncede, quęſumus, omnipotens Deus; vt qui hodierna die vnigenitum tuũ Redemptorem noſtrũ ad cælos aſcẽdiſſe credimus, ipſi quoq; mẽte in cæleſtibus habitemus. Per eumdẽ Dom.

DOM. INFRA OCT. ASC. Cap.

EStote prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum.

Oratio.

Omni-

OMnipotens ſempiterne Deus, fac nos ti-
bi ſemper, & deuotam gerere voluntaté,
& maieſtati tuæ ſincero corde ſeruire. Per Do.

FERIA V. IN OCT. ASCEN. Orõ.

DA, quęſumus omnipotens Deus: illuc ſubſe-
qui tuorum membra fidelium: quò caput noſ-
trũm, principiumq; præceſſit Ieſus Chriſtus
Filius tuus Dominus noſter. Qui tecum.

IN FESTO PENTECOST. Cap.

FActus eſt repente de cælo ſo-
nus, tamquam aduenientis
ſpiritus vehementis, & reple-
uit totam domum, vbi erant
Apoſtoli ſedentes. ℞. Iam non
dicam. &c. Orõ.

PReſta, quęſumus, omnipotens Deus, vt
claritatis tuę ſuper nos ſplendor effulge-
at: & lux tuę lucis corda eorum, qui per gra-
tiam

tiam tuam renati ſunt, ſancti Spiritus illuſtratione confirmet. Per Dom. In vnit eiuſdem.

FERIA. II. Oratio.

DEus, qui Apoſtolis tuis, ſanctum dediſti Spiritum: concede plebi tuæ piæ petitionis effectum; vt quibus dediſti fidem largiaris, & pacē. Per Dom. In vnitate eiuſdē.

FERIA III. Orō.

ADſit nobis, quæſumus, Domine, virtus Spiritus ſancti: quæ, & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduerſis. Per Dom. In vnitate eiuſdem.

IN FESTO S. TRINITATIS. Cap.



O Altitudo diuitiarū ſapientię, & ſcientiæ Dei: quā incomprehēſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. ℟ Benedicamus.

mus. &c. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei, æternę Trinitatis gloriam agnoſcere; & in potentia maieſtatis adorare vnitatem: quęſumus, vt eiuſdē fidei firmitate, ab omnibus muniamur aduerſis. Per Dom.

IN FESTO CORP. XP̄I. Cap.

DOminus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. ℟ Homo quidam. &c. Orõ.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue, quęſumus; ita nos corporis, & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari; vt redemptionis tuę fructū in nobis iugiter ſentiamus.

Qui viuis.

Dom. infra Oct. Corp. Xpi. quæ eſt prima poſt Trinit. Cap. & Orō vt in primis Veſp. Feſti. 26. Pro commem Dom. Orō.

DEus, in te ſperantium virtus, adeſto propitius inuocationibus noſtris: & quia ſine te nihil poteſt mortalis infirmitas, præſta auxiliū gratię tuæ: vt in exequendis mādatis tuis, & voluntate tibi, & actione placeamus. Per Dom.

DOM. II. POST TRINIT. Oratio.

SAncti nominis tui, Domine, timorem pariter, & amorem, fac nos habere perpetuum: quia numquam tua gubernatione deſtituis, quos in ſoliditate tuę dilectione inſtituis. Per.

DOM. III. POST. TRINIT. Orō.

DEprecationē noſtram, quęſumus, Domine, benignus exaudi; & quibus ſupplicandi præſ

tas

tas affectum, tribue defenſionis auxilium. Per.

DOM. IIII. POST TRINIT. Orõ.

PRotector in te ſperantium Deus, ſine quo nihil eſt validũ, nihil ſanctum: multiplica ſuper nos miſericordiam tuam: vt te rectore, te duce ſic tranſeamus per bona temporalia, vt nõ amittamus æterna. Per Dom.

DOM. V. POST TRINIT. Orõ.

DA nobis, quęſumus Domine, vt & mundi curſus pacificè nobis tuo ordine dirigatur; & Eccleſia tua tranquilla deuotione lętetur. P.

DOM. VI. POST TRINIT. Oratio.

DEus, qui diligentibus te bona inuiſibilia prę-paraſti: infunde cordibus noſtris tui amoris affectum; vt te in omnibus, & ſuper omnia diligentes, promiſſiones tuas, quæ omne deſiderium ſuperant, conſequamur. Per Dom.

DOM. VII. POST TRINIT. Orõ.

DEus virtutum, cuius eſt totum, quod eſt optimũ; inſere pectoribus noſtris amorẽ tui nominis; & præſta in nobis religionis augmentum; vt, quæ ſunt bona, nutrias; ac pietatis ſtudio, quæ ſunt nutrita, cuſtodias. Per.

DOM. VIIII. POST TRINIT. Orõ.

LArgire nobis, quęſumus Domine, ſpiritũ cogitandi, quę recta ſunt, propitius, & agẽdi: vt qui ſine te eſſe non poſſumus; ſecundum te viuere valeamus. Per Dom.

DOM. VIII. POST TRINIT. Orõ.

DEus, cuius prouidentia, in ſui diſpoſitione non fallitur; te ſupplices exoramus; vt noxia cuncta ſubmoueas: & omnia nobis profutura concedas Per Dom.

DOM. X. POST TRINIT. Orõ

Pate.

PAteant aures miſericordię tuæ, Domine, precibus ſupplicantium; &, vt petenti bus deſiderata concedas, fac eos, quę tibi ſũt placita, poſtulare Per Dom.

DOM. XI. POST TRINIT. Orõ.

DEus, qui omnipotentiam tuã parcendo maximè, & miſerando manifeſtas: multi. plica ſuper nos miſericordiam tuam: vt ad tu. a promiſſa currentes, cęleſtium bonorum fa. cias eſſe conſortes. Per Dom.

DOM XII. POST TRINIT. Orõ.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui abun. dantia pietatis tuæ, & merita ſupplicum ex. cedis, & vota: effunde ſuper nos miſerico. rdiam tuam: vt dimittas, quæ conſcientia metuit; & adijcias, quod oratio non pręſu. mit. Per Dom.

DOM. XIII. POST TRINIT. Orõ.

OMnipotēs, & misericors Deus, de cuius
munere uenit, vt tibi à fidelibus tuis di-
gnè, & laudabiliter ſeruiatur: tribue nobis,
quęſumus; vt ad promiſſiones tuas ſine offē-
ſione curramus. Per Dom.

DOM. XIIII. POST TRINIT. Orō.

OMnipotens ſempiterne Deus; da nobis fi-
dei, ſpei, & charitatis augmentū: &, vt me-
reamur aſſequi, quod promittis, fac nos amare,
quod pręcipis. Per Dom.

DOM. XV. POST TRINIT. Orō.

CVſtodi, Domine, quæſumus, Eccleſiā tuā
propitiatione perpetua; & quia ſine te labitur
humana mortalitas, tuis ſemper auxilijs, &
abſtrahatur à noxijs, & ad ſalutaria diriga-
tur. Per Dom.

DOM. XVI. POST TRINIT. Orō.

Eccle.

ECcleſiam tuam Domine, miſeratio continu-
ata mundet, & muniat; & quia ſine te nõ
poteſt ſalua conſiſtere, tuo ſemper munere
gubernetur. Per Dom:

DOM. XVII. POST TRINIT. Or̃o.

TVa nos, quæſumus Domine, gratia ſemper,
& præueniat, & ſequatur: ac bonis operibus
iugiter pręſtet eſſe intentos. Per Dom.

DOM. XVIII. POST TRINIT. Or̃o.

DA, quęſumus Domine, populo tuo diabolica
vitare contagia: et te ſolum Deum pura mente
ſectari. Per Dom.

DOM. XVIIII. POST TRINIT. Or̃o.

DIrigat corda noſtra, quęſumus, Domine,
tuę miſerationis operatio; quia tibi ſine te
placere non poſſumus. Per Dom.

DOM. XX. POST TRINIT. Or̃o.

OMnipotens, & miſericors Deus, vni.
uerſa nobis aduerſantia propitiatus ex.
clude; vt mente, & corpore pariter expedi.
ti; quę tua ſunt, liberis mentibus exequa.
mur. Per Dom.

DOM. XXI. POST TRINIT. Orō.

LArgire, quęſumus Domine, fidelibus tu.
is indulgentiam placatus, & pacem: vt pari.
ter ab omnibus mundentur offenſis, & ſecu.
ra tibi mente deſeruiant. Per Dom.

DOM. XXII. POST TRINIT. Orō.

FAmiliā tuā, quęſumus, Domine, continua pi.
etate cuſtodi: vt à cunctis aduerſitatibus, te
protegente ſit libera: & in bonis actibus tuo
nomini ſit deuota. Per Dom.

DOM. XXIII. POST TRINIT. Orō.

DEus, refugium noſtrum, & virtus: adeſto
pijs

piјs Eccleſię tuę precibus auctor ipſe pietatis, & præſta: vt quod fideliter petimus efficaciter conſequamur. Per Dom.

DOM. XXIIII. POST TRINIT. Orō.

ABſolue, quęſumus Domine, tuorū delicta populorū: vt à peccatorum noſtrorū nexibus quæ pro noſtra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per Dom.

DOMINICÆ POST EPIHANIAM. DOM. IIII. POST OCT. EPIPH.

FAmiliam tuam, quęſumus Domine, continua pietate cuſtodi: vt quæ in ſola ſpe gratię celeſtis innititur, tua ſemper protectione muniatur. Per Dom.

DOM. V. POST OCT. EPIPH. Orō.

PRęſta, quęſumus omnipotens Deus; vt ſēper rationabilia meditantes, quæ tibi ſunt

pla-

cita, & dictis exequamur, & factis. Per Dom.

DOM. XXV. ET VLTIMA
Poſt Trinitatē. Oro.

EXcita, quęſumus, Domine tuorum fideli-
um voluntates: vt diuini operis fructum
propenſius exequentes, pietatis tuæ remedia
maiora percipiant. Per Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum viuit,
& regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per
omnia ſecula ſeculorum.

EXPLICIT PROPRIVM DE TEMPORE.

ORATIONES

PROPRIÆ FESTIVITATVM DVPLICIVM MAIORVM.

FESTA NOVEMBRIS.

IN FESTO S. ANDREÆ APOS. 30

Maieſtatem tuam Domine, ſuppliciter exoramus: vt ſicut Eccleſiæ tuæ, beatus Andreas Apoſtolus extitit prędicator, & rector: ita apud te ſit pro nobis perpetuus interceſſor. Per Dom.

FESTA DECEMBRIS.

IN FESTO CONCEPTIONIS B. Marię Virg. die. 8. Cap.

Dominus poſſedit me in initio viarũ ſuarũ,

ante.

antequã quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequã terra fieret. Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram. ℞. Stirps Ieſſe. &c. Orõ.

SVpplicationẽ ſeruorum tuorum Deus miſerator exaudi: vt qui in Conceptione Dei genitricis, & Virg. Marię congregamur, eiꝰ interceſſionibus à te de inſtantibus periculis eruamur. Per eundem Dom.

Et fit commem. S. Ambroſij. Orõ.

EXaudi Domine, populum tuum, tota tibi mente ſubiectum, & beati Ambroſij confeſſoris tui, atq; pontificis ſupplicatione cuſtodi: vt corpore, & corde protectus, quod piè credit, appetat; & quod iuſtè ſperat, obtineat. Per Dom.

IN FESTO S. THOMÆ APOST.

die 21. Oro.

DA nobis, quęſumus Domine, beati Apoſtoli tui Thomę ſollemnitatibus gloriari; vt eius ſem-

per

per, & patrocinijs ſubleuemur, & fidē cōgrua deuotione ſectemur. Per Dom.

FESTA FEBRVARII.

IN FESTO PVRIFICATIONIS B. Marię virg. die 2. Cap.

ECce ego mitto angelum meū, & pręparabit viam ante faciē meam. Et ſtatim veniet ad tē-plum ſuum Dominator, quē vos quęritis, & angelus teſta-menti, quem vos vultis. ℟. Chriſti virgo. &c.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, maieſtatem tuam ſupplices exoramus: vt ſicut vnigeni-tus Filius tuus hodierna die cum noſtrę carnis ſubſtantia, in templo eſt pręſentatus; ita nos fa-cias purificatis tibi mentibus pręſentari. Per eumdē Dom.

In ſecundis Veſp. fit comm. S. Blaſij. Orō. Deus,

qui

qui nos beati. de com. 60

IN FESTO S. MATTHIAE APOSTOLI. die 24. vel 25. Oro.

DEus, qui beatum Matthiam Apoſtolorum tuorum collegio ſociaſti: tribue quęſumus; vt eius interuentione, tuę circa nos pietatis ſemper viſcera ſentiamus. Per Dom.

In ſecundis Veſp. fiat com S. Auertani. Oratio. Da nobis, qs Domine. 68.

FESTA MARTII.

IN FESTO ANNVNCIATIONIS. B. Mariæ virg. die 25. Cap.

ECce Virgo concipiet, & pariet filium; & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrū, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonū. ℟. Gaude Maria. &c. Orō.

DEus, qui de beatę Mariæ virginis vtero Verbum tuum Angelo nunciante, carnem ſuſcipi.

ſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis: vt qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eumdem Dom.

FESTA APRILIS.

IN FESTO S. MARCI EVANGE- liſtæ. die 25. Orō.

DEus, qui beatum Marcum Euangeliſtam tuum Euangelicę prædicationis gratia ſublimaſti; tribue quęſumus, eius nos ſemper, & eruditione proficere, & oratione defendi. Per Dom.

In ſecundis Veſp. comm. SS. Cleti, & Marcell: Orō.

BEatorum martyrum, pariterq; Pontificum Cleti, & Marcellini nos Domine foueat pretioſa cōfeſſio, & pia iugiter interceſio tueatur. Per Dom.

FESTA MAII.

IN FESTO SS. PHILIPPI, ET IA- cobi Apoſt: die 1. Orō.

De-

DEus, qui nos annua Apoſtolorum tuorũ Philippi, & Iacobi, ſollemnitate lętificas: pręſta quęſumus; vt quorum gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per Dom.

In ſecundis Veſp. fit com. S. Athanaſij Epiſcopi, & conſ. Orõ. Exaudi qs Dñe. de comm. 61.

FESTA IVNII.

IN FESTO S. BARNABÆ APOStoli. die 11. Orõ.

DEus, qui nos beati Barnabę Apoſtoli meritis, & interceſione lætificas: concede propitius: vt qui eius beneficia poſcimus, dono tuæ gratiæ conſequamur. Per Dom.

In ſecundis Veſp. com SS. Baſilidis, & ſoc. Orõ.

SAnctorũ martyrũ tuorũ Baſilidis, Cyrini, Naboris, atq; Nazarij, quęſumus Domine, natalitia nobis votiua reſplendeant: & quod illis contulit excellentia ſempiterna, fructibus noſtrę deuotionis accreſcat. Per Dom.

IN FESTO S. ELISEI. die. 14. Cap.



IN diebus illis non pertimuit principē, & potentia nemo vicit illum: nec ſuperauit illum verbum aliquod, & mortuū prophetauit corpus eius. Factum eſt. &c.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui in electis prophetis mirabilis prędicaris; pręſta quęſumus; vt ſicut Elię ſpiritum in propheta tuo Eliſeo duplicaſti: ita in nobis Spiritus ſancti gratiā ad virtutum opera exercenda multiplicare digneris. Per Dom. In vnitate eiuſdē Spiritus ſancti.

In primis Veſp. com. S. Antonij de Padua. Orō.

ECcleſiā tuam Deus, beati Antonij confeſſoris tui ſollemnitas votiua lętificet: vt ſpiritualibus ſemper muniatur auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur æternis. Per Dom.

IN ſecundis Veſp. com: S. Baſilij. Orō. Deus

qui

qui populo tuo. decom. 62. Pro SS. martyribus, Vito, Modeſto, atq; Creſcentia. Orõ.

DA Eccleſię tuę, quęſumus Domine, ſanctis tuis Vito, Modeſto, atq; Creſcentia intercedentibus, ſuperbè non ſapere: ſed tibi placita humilitate proficere; vt proterua deſpiciens, quęcumq; matura ſunt, libera exerceat charitate. Per.

IN NATIVITATE S. IOANNIS Baptiſtæ. 24. Cap.

PRiuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, ſanctificaui te: & prophetam in Gentibus dedi te. ℞. Inter natos. &c. Orõ.

PRęſta quęſumus omnipotens Deus: vt familia tua per viam ſalutis incedat; & beati Ioannis pręcurſoris hortamenta ſectando, adeũ, quẽ prędixit ſecura perueniat, Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ Filium tuũ. Qui.

In Laudibus, & ſecundis Veſp. Orõ.

Deus

Deus, qui preſentem diem honorabilem nobis in beati Ioannis natiuitate feciſti: da populis tuis ſpiritualiũ gratiam gaudiorum: & omnium fideliũ mentes dirige in viam ſalutis æternę. Per Dom.

IN FESTO APOSTOLORVM

Petri, & Pauli. 29. Cap.

Miſit Herodes rex manus, vt affligeret quoſdam de Eccleſia: Occidit autem Iacobum fratrẽ Ioannis gladio. Videns autẽ quia placeret Iudæis, appoſuit vt apprehenderet, & Petrum. ℟. Cornelius centurio. &c. Orõ.

Deus, qui nos beatorum Apoſtolorum tuorũ Petri, & Pauli natalitia glorioſa preuenire concedis: tribue queſumus; eorum nos ſẽper, & beneficijs preueniri, & orationibus adiuuari. Per Dom.

In Laudibus, & ſecundis Veſp. Orõ.

Deus

DEus, qui hodiernam diem Apoſtolorum tuorum Petri, & Pauli martyrio conſecraſti; da Eccleſiæ tuæ, eorum in omnibus ſequi pręceptũ, per quos religionis ſumpſit exordium. Per Dom.

FESTA IVLII.

IN FESTO VISITATIOIS B. Marię virg. 2. Cap.

ECce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles: ſimilis eſt dilectus meus capreę, hinnuloq; ceruorum. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. ℟. Stirps Ieſſe. &c. Orõ.

OMnipotẽs ſempiterne Deꝰ, qui ex abundãtia charitatis beatam Mariã tuo Filio fecũdatã, ad ſalutationẽ Eliſabeth inſpiraſti; pręſta qs; vt ꝑ eius Viſitationẽ donis celeſtibus repleamur,

mur, & ab omnibus aduerſitatibus eruamur. Per Do.

In Laud. com. SS. Proceſſi, & Martiniani. Orõ.

DEus, qui nos ſanctorum martirũ tuorum Proceſſi, & Martiniani glorioſis confeſſionibus, circumdas, & protegis; da nobis eorũ imitatione proficere, & interceſſione gaudere. Per Dom.



IN COMMEMORATIONE SOLLEMNI B. V. M. C.

Go quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Ego mater pulchrę dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctę ſpei. ℟. Chriſti Virgo &c.

Oratio.

MAieſtatẽ tuam omnipotens Deus ſuppli-

plices deprecamur: vt qui hodie exultantibꝰ animis, beatiſſimę ſemperq; virginis Marię commemorationis ſollemnitatẽ celebrare gaudemus; eius glorioſis precibus, & meritis, ab inſtantibus malis, & à morte perpetua liberemur. Per

In ſecundis Veſp. com. S. Alexij. Orõ. Deꝰ qui nos. decom. 62.

IN FESTO S. ELIÆ. DVCIS. ET Patris noſtri. 20. Cap.

SVrrexit Elias Propheta quaſi ignis, & verbum ipſius, quaſi facula ardebat. Qui induxit in populos famem; & irritantes illum inuidia ſua pauci facti ſunt. ℟ Reſpexit. &c.

Oratio.

PRęſta quęſumus omnipotẽs Deꝰ: vt ſicut beatum Eliam prophetã tuum, ante cõmunem mortem curru igneo aereum eleuaſti ad cęlum: ita nos facias, eo interueni-

ente

ente, dum viuimus, a terrenis ſemper ad cęleſtia ſpiritu ſubleuari: & cum eo in reſurrectione iuſtorum pariter gaudere. Per Dom.

In Laudibus com S. Margaritę. Orō. Indulgentiam. de com. 64. In ſecundis Veſp. comm S. Praxedis virg. Orō. Exaudi nos De. decom. 64.

IN FESTO S. IACOBI APOSTOLI. die 25. Orō.

ESto Domine plebi tuæ ſanctificator, & cuſtos: vt Apoſtoli tui Iacobi munita pręſidijs, & cōuerſatione tibi placeat, & ſecura mente deſeruiat. Per Dom.

FESTA AVGVSTI.

IN DEDICATIONE S. MARIÆ ad Niues die 5. Cap.

Ego quaſi. &c. vt ſup. 46. ℟. Chriſti. &c. Orō.

DEus, qui virginalem aulā beatę Mariæ virginis, in qua habitares, eligere dignatus

tus es: da quęſumus; vt ſua nos defenſione munitos, iucundos ſuæ facias intereſſe Feſtiuitati. Qui viuis,

Deinde fiat com. S. Dominici. Orõ.

DEus, qui Eccleſiam tuam beati Dominici confeſſoris tui illuminare dignatus es meritis, & doctrinis: concede; vt eiꝰ interceſſione temporalibus non deſtituatur auxilijs, & ſpiritualibus ſemper proficiat incrementis. Per Dom.

In ſecundis Veſp. a Cap. de Tranſfiguratione.

IN FESTO TRANSFIGVRATIONI Dom. noſtri I. C. Cap. 6.

SAluatorem expectamus Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ, qui reformabit corpus humilitatis noſtrę, configuratum corpori claritatis ſuę. ℟. Aſſumens Ieſus. &c. Orõ.

DEus, qui fidei ſacramenta, in Vnigeniti tui glorioſa transfiguratione Patrum teſtimonio roboraſti; & adoptionem filiorum

per.

perfectã, voce delapſa in nube lucida mira-
biliter pręſignaſti: concede propitius; vt ip-
ſius Regis glorię nos cohęredes efficias: &
eiuſdẽ glorię tribuas eſſe conſortes. Per e-
undẽ Do.

Et fit com. S. Marię ad Niues. Orõ. Deꝰ qui
virginalẽ. vt ſupra. In Laudibus fit comm.
SS. Xyſti, Feliciſſimi, & Agapiti martyrũ
Orõ. Deus, qui nos concedis. de com. 60.
A Cap. de Sancto Alberto.

IN FESTO S. ALBERTI C.



Vaſi ſtella matutina in medio nebulæ; & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Et quaſi ſol refulgens ſic iſte effulſit in templo Dei. ℟.

℟. Ieſu dulcis. &c. Oratio

DEus, qui beatum Albertum confeſſoré tuũ ſpreto ſeculo, ad almę tuę genitricis Mariæ religioné vocare dignatus es: tribue nobis, quęſumus: vt eius meritis, & exemplis, dignè tibi ſeruientes: cum ipſo in ęterna gloria, perpetuò te perfrui mereamur. Qui viuis.

Pro com. Transfig. Orõ. Deus, qui fidei. 49.

In Laudibus com. S. Donati marty. Orõ.

DEus, tuorũ gloria ſacerdotum, pręſta qs: vt ſancti martyris, & Epiſcopi Donati, cuius feſta gerimus, ſentiamus auxiliũ. Per Dom.

In ſecundis Veſp. com. SS. Cyriaci, & ſoc. Orõ.

DEus, qui nos annua ſanctorum martyrũ tuorũ Cyriaci, Largi, & Smaragdi ſollénitate lętificas; concede propitius: vt quorũ natalitia colimus, virtuté quoq; paſſionis imitemur. Per Dom.

IN FESTO S. LAVRENTII MART.

dicio. Cap.

QVi parcè ſeminat, parcè, & metet, & qui ſe-

mi-

minat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet. ℟. In craticula. &c. Orõ.

ADesto Domine ſupplicationibus noſtris; & interceſſione beati Laurentij martyris tui cuius prçuenimus feſtiuitatem, perpetuã nobis miſericordiã benignus impende. Per Dom.

In Laudibus, & ſecundis Veſp. Orõ.

DA nobis, qs. omnipotens Deus vitiorum noſ. trorũ flammas extinguere: qui beato Laurẽ. tio tribuiſti tormentorũ ſuorũ incendia ſuperare. Per. In ſecundis Veſp. com. S. Tiburtij. Orõ.

BEati Tiburtij, nos queſumus Domine, foueãt continuata prçſidia; quia non deſinis propi. tius intueri, quos talibus auxilijs conceſſeris a. diuuari. Per.

IN ASSVMP'IONE B. M. V. die 15. Cap.

IN omnibus requiem quçſiui, & in hçreditate Domini morabor. Tunc prçcepit, & dixit mi. hi Creator omnium, & qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. ℟. Felix. &c. Orõ. Deus, qui virginalẽ. 48. In Laudib.^s & ſecundis Veſp. Orõ.

Ve.

VEneranda nobis Domine,
huius diei Feſtiuitas opē cōſe.
rat ſalutarem; in qua ſácta Dei
genitrix mortē ſubijt temporas.
lē; nec tamē mortis nexibus
deprimi potuit, quæ Filiū tuū Dn̄m nr̄ūm Ie.
ſum Chriſtū de ſe genuit incarnatū. Qui tecū.

IN FESTO S. BARTHOLOMÆI

Apoſt. die 24. vel. 25.

OMnipotēs ſempiterne Deꝰ, qui huius diei
venerandā, ſanctamq; lętitiā in beati A.
poſtoli tui Bartholomæi feſtiuitate tribuiſti;
da Eccleſię tuę q̄s, & amare, quod credidit,
& prędicare, quod docuit. Per Dom.

In ſecundis Veſp. com. S. Ludouici. Orō.

DEus, qui B. Ludouicū cōfeſſorē tuū, de ter.
reno, ac tēporali regno, ad cęleſtis, & ęter.
ni regni gloriā trāſtuliſti; eiꝰ q̄s meritis, & inter.
ceſſione Regis Regū Ieſu Xp̄i Filij tui nos cohę.
redes efficias, & eiuſdē regni tribuas eſſe cōſor.
tes.

tes. Per eundē Dom.

FESTA SEPTEMBRIS.

IN NATIVITATE B. V. M. die. 8. Cap.

Ego quaſi. &c. 46. ℞. Stirps Ieſſe. &c. Orō.

SVpplicationē ſeruorū tuorū Deus miſe-
rator exaudi: vt qui in Natiuitate Dei ge-
nitricis, & virginis Marię congregamur, eiꝰ
interceſſionibus, à te de inſtātibus periculis e-
ruamur. Per eundē. Dom. In Laudib. com. S.
Hadriani. mart. Orō. Pręſtaq̃s ops Deꝰ. de com.
59. In ſecundis Veſp. com. S. Gorgonij. Orō.

SAnctus tuus Dn̄e Gorgonius, ſua nos inter-
ceſſione lętificet, & pia faciat ſollemnitate
gaudere. Per Dom.

IN FESTO S. MATTHÆI APOS. ET Euang. die 21. Orō.

BEati Apoſtoli, & Euāgeliſtę Matthęi, Dn̄e.
precibꝰ adiuuemur: vt quod poſſibilitas
nr̄a nō obtinet eiꝰ nobis interceſſione donetur
Per.

Per Dom. In ſecundis Veſp. com. SS. Mauritij, & ſoc. marty. Orō.

ANnue q̄s o p̄s Deus, vt ſanctorū martyrū tuorum Mauritij, & ſociorū eius nos lętificet feſtiua ſollemnitas: vt quorū ſuffragijs nitimur eorū natalitijs gloriemur. Per Dom.

FESTA OCTOBRIS.

IN FESTO S. TERESIÆ VIRG.

die 15. Capitulū.

Qui gloriatur. &c. de com. 63. Oratio.

Exaudi nos De⁹ ſalutaris noſter; vt ſicut de beatę Tereſię virginis tuæ feſtiuitate gaudemus; ita cęleſtis eius doctrinę pabulo nutriamur, & pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dom.

IN FESTO S. LVCÆ EVAGEL.

die 18. Capit.

INteruenIat, pro nobis q̄s Dn̄e, ſanctus tuus Lucas Euangeliſta: qui crucis mortificatio-

nem

nẽ iugiter in ſuo corpore, pro tui nominis honore portauit. Per Dom.

IN FESTO SS. APOS. SIMONIS, & Iudę. die 28. Orõ.

DEus, qui nos per beatos Apoſtolos tuos Simonẽ, & Iudã, ad agnitionẽ tui nominis venire tribuiſti: da nobis, eorum gloriã ſempiternã, & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. P.

FESTA NOVEMRIS.

IN FESTO OMNIVM SANCT. die 1. Cap.

ECce ego ego Ioannes vidi alterũ Angelum aſcendentem ab ortu Solis, habentẽ ſignum Dei viui: & clamauit voce magña quattuor Angelis, quibus datũ eſt nocere, terrę, & mari, dicẽs: Nolite nocere terrę, & mari, neq; arboribus: quoaduſq; ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontib' eorum.

℟.

℞. concede. &c. Orō.

DOmine Deus noſter, multiplica ſuꝑ nos gratiā tuā; & quorum prǽuenimus glorioſa ſollemnia, tribue ſubſequi in ſancta ꝓfeſſione lętitiam. Per Dom.

In Laudibꝰ. & ſecundis Veſp. Orō.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui nos ōnium ſanctorum tuorum merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari; quęſumus; vt deſideratam nobis tuę propitiationis abundantiam, multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per Dom.

IN FESTO PRÆSENTATIonis B. M. Virg. 21

Cap. Ego quaſi. &c. 46. Orō.

BEatæ Mariæ ſemper Virginis, tribue nos Dn̄e ſupplicatione meri; vt cuius venerabilē Pręſentationē celebramus obſequijs, eiꝰ interceſſionibꝰ, & meritis cōmendemur. Per Dom. In ſecūdis Veſp. Pro S. Cęcilia Orō.

DEꝰ, qui nos annua beatę Cæcilię virginis,

&

& martyris tuę ſollemnitate lętificas; da, vt quam veneramur officio, etiã pię conuerſationis ſequamur exemplo. Per Dom.

EXPLICIT PROPRIVM SANCTOR.

COMMVNESS.

IN COMMVNI APOSTOLORVM.

Cap.

IAm nõ eſtis hoſpites, & aduenę, ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentũ Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. ℟. Ciues. &c.

Oratio propria.

IN COM. EVANGELISTARVM. Cap.

IN medio Eccleſiæ, aperuit os ei⁹, & adimpleuit eũ Dñs ſpũ ſapiẽtiæ, & intellect⁹, & ſtolla glorię induit eum. ℟. Audiebam. Orõ ꝓpria.

IN

IN COMM. APOSTOLOR. SEV E. uangeliſtarũ Tẽp. Paſch. Cap.

VIrtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti, & gratia magna erat in omnibus illis. ℟. Filiæ. &c. Orõ. ꝑpria.

IN COM. VNIVS MARTIRIS. Cap.

BEatus vir, qui ſuffert tentationẽ; quoniã cum probatus fuerit, accipiet coronã vitę, quã repromiſit Deꝰ diligentibus ſe. ℟. Miles. &c.

Pro martyre tantũ. Oro.

PRęſta, quęſumus omnipotẽs Deꝰ, vt qui beati N. martyris tui natalitia colimus: interceſſione eius, in tui nominis amore roboremur. Per Dom.

Pro mart. tantũ. Alia Oratio.

PRęſta, qs ops Deꝰ, vt intercedente beato N. martyre tuo, & à cunctis aduerſitatibꝰ liberemur in corpore; & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dom.

Pro Epiſcopo, & mart. Oratio.

INfirmitatẽ noſtrã, reſpice ops Deus; & quia pondus proprię actionis grauat beati N. martyris

tui

tui, atq; Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dom. Pro Epō. & mart. Alia Oro.

DEus, qui nos beati N. martyris tui, atq; Pontificis, annua ſollemnitate lętificas; concede propitius; vt cuius natalitia colimus, de eiuſdē etiam protectione gaudeamus. Per Dom.

COM. SANCTORVM TEMP. PASC.

Cap.

STabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum. ℟. Filiæ. &c. Orō propria.

IN COM. PLVRIMORVM MAR. Cap.

SAncti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones in Chriſto Ieſu Domino noſtro. ℟. Corpora. &c.

Pro martyribꝰ tantū. Orō.

DEus qui nos annua ſanctorū martyrū tuorū N. & N. ſollemnitate lętificas; concede propitiꝰ; vt quorū gaudemus meritis, accēdamur exēplis. Per.

Pro martiribꝰ tantū. Alia Oro.

DEus, qui nos concedis, ſanctorū martyru tuorum

ru N. & N. natalitia colere; da nobis in æterna bea
titudine decorū ſocietate gaudere. Per Dom.

Pro martyrib. & Pontificib. Orō.

BEatorū martyrum, paritérq; Pontificum N.
& N nos, qs Dn̄e, feſta tueantur, & eorū cō-
mendet orō veneranda. Per Dom.

IN COM. CONFESS. PONT. Cap.

ECce ſacerdos magnus, qui in vita ſua ſuffulſit
domum, & in diebus ſuis corroborauit templū.
Qui prçualuit amplificare ciuitatē, qui adeptꝰ eſt
gloriam in cōuerſatione gentis. ℞. Sancte. N. &c.

Oratio.

DA, qs ops Deꝰ, vt beati N confeſſoris tui, atq;
Pontificis, venerāda ſollemnitas, & deuotio-
nē nobis augeat, & ſalutē. Per Dom. Alia Orō.

EXaudi, qs Dn̄e preces noſtras, quas in beati
N. confeſſoris tui, atq; Pontificis ſollemnitate
deferimus; vt, qui tibi dignē meruit famulari;
eius intercedētibꝰ meritis, ab omnibꝰ nos abſolue
peccatis. Per Dom.

IN COMMVNI DOCTORVM. Orō.

Deꝰ.

DEus, qui populo tuo, ęternę salutis beatum N miniſtrũ tribuiſti: pręſta qs; vt, quẽ doctoré vitę habuimus in terris, interceſſoré habere, mereamur in cęlis. Per Dom.

IN COM. VNIVS CONF. NON Pontificis. Orõ.

BEatus vir, qui inuentus eſt ſine macula; & qui poſt aurũ nõ abijt; nec ſperauit in pecunia, & theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eum? fecit enĩ mirabilia in vita ſua. ℟. Sãcte N. &c.

Orõ.

ADeſto, Domine, ſupplicationibus noſtris, quas in beati N. cõfeſſoris tui ſollemnitate deferimus; vt, qui noſtrę iuſtitię fiduciã nõ habemus; eius qui tibi placuit, precibus adiuuemur. Per Dom.

Alia Oratio.

DEus, qui nos beati N. confeſſoris tui, annua ſollemnitate lętificas; cócede, propitius; vt cuius natalitia colimus, etiã actiones imitemur. Per Dom.

Si fuerit Abbas. Oro.

INterceſſio, nos qs Dñe, beati N. abbatis cõmendet;

det, vt quod noſtris meritis nō valemus, eiꝰ patrocinio aſſequamur. Per Dom.

IN COM. PLVRIM. CONFESSOrum, ſiue Pontificum, ſiue nō. Cap.

IVſti autē in perpetuū viuent, & apud Dominū eſt merces eorū, & cogitatio illorū apud Altiſſimū. ℞. Concede. &c. Pro Cōfeſſ. nō Pōtificib. orō.

SAnctorū cōfeſſorū tuorū N & N nos Dn̄e, q̄s, foueat glorioſa confeſſio: & pia iugiter interceſſio tueatur. Per Dom. Si Pōtifices fuerint. Orō.

DEus, qui nos ſanctorū tuorū confeſſorū pariterq; Pontificū & confeſſionibus glorioſis circūdas, & protegis: da nobis, & eorū imitatione proficere, & interceſſione gaudere. Per.

IN COM. VNIVS VIRGINIS. Cap.

QVi gloriatur, in Domino glorietur. Non enim, qui ſe ipſū cōmendat ille probatus eſt; ſed quē Deus cōmendat. ℞. Regnum. &c.

Pro Virg. & m. Orō.

DEus, qui inter cętera potentiæ tuæ miracula, etiam in ſexu fragili victoriā martyrij contuliſti;

iſti; concede propitius; vt qui beatę N virginis. & martyris tuę natalitia colimus; per ei⁹ ad te exẽpla gradiamur. Per Dom.

Pro Virg. & Marty. Orõ. alia.

INdulgentiã nobis, q̃s Dñe, beata N Virgo, & martyr imploret: quę tibi grata ſemper extitit, & merito caſtitatis, & tuę profeſſione virtutis. Per.

Pro Virg. nõ Martyre. Orõ.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter; vt ſicut de beatę N virginis tuę feſtiuitate gaudemus; ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dom.

IN COM. VNIVS MATRONÆ. Cap.

MVlieré fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretiũ eius. Confidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs nõ indigebit. ℟. O mater. &c.

Pro vna Matrona nõ M. Orõ.

QVęſumus omnipotẽs Deus, vt nobis beatę N veneranda feſtiuitas ſalutis preſtet incrementum: cuius admiranda vita ſalutare præbet exemplũ. Per Dom. Pro matrona, & martyre. Orõ. Deus, qui inter cætera. &c. vt ſupra.

IN

INCOM. PLVRIMARVM VIRginũ marty. ſiue Virginũ, & nõ Marty.

O Quã pulchra eſt caſta generatio cũ claritate; immortalis eſt enim memoria illius: qm̃, & apud Deũ nota eſt, & apud homines. ℞. Patris.

Pro Virginibus. Orõ.

OMnipotẽs ſempiterne Deus, qui nos idoneos non eſſe perpendis ad maieſtatẽ tuã ſicut dignum eſt, exorãdã; fac ſanctas virgines pro noſtris interuenire peccatis: quarũ meritis nobis indulgentiã largiaris. Per Dom.

Pro virginib, & marty. Oro.

DA nobis, q̃s Dñe, ſanctarũ Virginũ & martyrũ tuarũ N & N. palmas inceſſabili deuotione venerari: vt quas digna mente nõ poſſum⁹ celebrare: humilib⁹ ſaltẽ frequentemus obſequijs. Per Dom.

CÕMVNE DEDICATIONIS

Eccleſię. Cap.

VIdi ſãctã ciuitatẽ Ieruſalẽ nouã deſcẽdẽtem, de cælo à Deo, paratã ſicut ſpõſã ornatã viro ſuo.

℞.

℟. Terribilis. &c. In primo anno. Orō.

DEus, qui inuiſibiliter omnia contines; & tamē pro ſalute generis humani ſignatuę potentiæ viſibiliter oſtendis : templū hoc potētia tuæ inhabitationis illuſtra, & concede; vt oēs, qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacumq; tribulatione ad te clamauerint, conſolationis tuę beneficia conſequantur. Per Dom.

In II. anno, & deinceps.

DEus, qui nobis ꝑ ſingulos annos huius ſacti templi tui conſecrationis reparas diem, & ſacris ſemper myſterijs repręheſentas incolumes : exaudi preces populi tui, & pręſta: vt quiſquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta ſe impetraſſe lętetur. Per.

Explicit Com. Sanctorum.

ORATIONES

PROPRIÆ SANCTORVM ORD. Carmelitarum.

In Feſto S. Dioniſij. Papę, & Conſ. 19. Ianu.

Orō.

Oratio.

MIsericordiæ tuę remedijs, q̃s Domine, vitia nostra curentur; vt beati Dionysij cõfessoris tui, atq; Pontificis pia intercessione ad cęlestia desideria trãseamus. Per Dom.

In I. Festo S. Anastasij Mart. 22. Ian. Orõ.

DEus, in te sperantiũ virtus, qui dè Carmeli solitudine ad subeundã martyrij palmã B. Anastasium euocasti; quęsumus; vt ad salutariã tolerantiam passionũ eiusdẽ accẽdamur exemplis. Per Dom.

In Festo S. Petri Thomę Epĩ. & M. 29. Ian. Orõ.

SAncti Petri Thomæ martyris tui, atq; Pontificis, q̃s Domine, meritis, & intercessione placatus, veniã nobis delictorũ tribue; & ab omni pestilentiæ morbo, nos liberos esse cõcede. Per Dom.

In festo S. Andreę Epĩ. 30 Ian. Orõ.

DEus, qui in Ecclesia tua noua semper insta-

uras exempla virtutum: da populo tuo beati Andreę confeſſoris tui, atq; Pontificis, ita ſequi veſtigia, vt aſſequatur, & pręmia. Per Dom.

In Feſto S. Euphroſinę Virg. 11. Feb. Orõ.

DEus, qui ſanctam Euphroſinã virginem ad ſanctitatis ſtudiũ mirabiliter excitaſti: & in eodẽ iugiter direxiſti; fac nos eius meritis, & intercesſione pfecta charitate feruentes. Per Dom.

In Feſto S. Auertani Confeſſ. 25. Feb. Orõ.

DA nobis, qs Dñe, beati Auertani confeſſoris tui vitã Religioſam ſub vexillo genitricis tuę Marię de Monte Carmelo pfectẽ ſectari; eiq; intercedentibus meritis, in omni perfectione firmari. Qui viuis.

In Feſto S. Cyrilli conf. & doct. 6. Mar. Orõ.

DEus, qui beato Cyrillo Doctori, ſacrũ in Mõte Carmeli facienti, Angelico aſpectu futuri ſeculi ſtatũ reuelaſti; tribue nobis eiꝰ imitatione, terrena deſpicere, & ad ęterna iugiter aſpirare. Per.

In Feſto S. Euphraſię Virg. 13 Mar. Orõ.

DEus, qui Eccleſiã tuã, noua ſemper prole foecun.

cundas; propitiare ſupplicibus tuis; vt ſicut bea-
tā Euphraſiam virginē virtutib⁹, & miraculis de-
coraſti; ita ei⁹ interceſſione, à vitior; tenebris eruamur.
Per Dom. In Feſto S. Bertoldi Conf. 29. Mar. Orō.

PRotegat nos Dn̄e, S. Bertoldi confeſſoris tui ve-
nerāda ſollemnitas: vt ſicut Carmelitarū Ordinē,
omi ſanctitate rexit, & auxit; ita ꝑpetuā ei⁹ ꝓtectionē
ſentiamur. Per. In feſto S. Simonis Angl. Cō. 16. Maij. O.

PLebs tibi Dn̄e, Virginiq; Matri dicata, B. Simonis,
quē ei Rectorē; & Patrē dediſti, ſollemnitate lę-
tetur; & ſicut peū tātę ꝓtectionis ſignū obtinuit;
ita prędeſtinationis ęternę munera cōſequatur. Per.
In Feſto S. Brocardi Confeſſ. 2. Sept. Orō.

SAnctifica Dn̄e, famulos tuos in veneratione B. Bro-
cardi Mōtis Carmeli incolę cōfeſſoris tui, humilit⁹
ſupplicātes; vt ei⁹ ſalutarib⁹ patrocinijs, vita nr̄a inter
aduerſa vbique regatur. Per.
In Feſto S. Spiridionis Ep̄i, & Conf. 14. Deceb. Orō.

SAncti Spiridionis, cōfeſſoris tui, atq; Pontificis, nos
Dn̄e feſta tueātur; & ſicut ille Religionis, à Proph̄a
Elia īſtitutę orōnib⁹, & opib⁹ fuit fidelis imitator, ita nos
ei⁹ ſeqn̄tes veſtigia, cū eo tē ꝑfrui mereamur. Per Dom.

BENEDICTIO AQVÆ S. AL-
berti.

℣. Adiutoriū noſtrū in nomine Domini.
℟. Qui fecit cęlum, & terrā. ℣. Sit nomē Domi-
ni benedictum. ℟. Ex hoc nūc, & vſq; in ſęculū.
℣. Dominus vobiſcum. Oremus. Orō.

Fideliū Deus, omniū fortitudo, & ſalus, qui
ſocrum beati Petri Apoſtoli tui febribus ma-
gnis detentā pio rogationis intuitu perfecte ſa-
naſti; ſan+ctifica, & bene+dic creaturā hanc a-
quę in tuo ſacratiſſimo nomine, & reliquijs ſāc-
tiſſimi confeſſoris tui Alberti; quē, ſpreto ſeculo
ad almę tuę Genitricis Religionē vocare digna-
tus es; & concede eius glorioſis meritis, atq;
interceſſionibus, vt, quicumque febriū vexatio-
ne grauantur; p huius aquę ſumptionē humilē,
à cunctis animę, & corporis lāguoribus liberen-
tur: atq; Eccleſię tuę repręſētari mereantur, gra-
tiarū tibi actiones, in ea iugiter referendo. Qui
viuis, &c. Deinde ponat ter reliquias, facien-
do tres cruces in aqua dicendo abſolute ſemel
Be-

Bene✠dic, Dn̄e, meritis S. Alberti creaturam
✠ hanc aquę, qui glorioſo tuo corpore bene-
dixiſti ✠ aquas Iordanis; & pręſta; vt oēs guſtan-
tes ex ea, tā corporis, quā animę recipiāt ſanitatem.
Qui viuis. &c. Deinde dicitur aña.

O Alberte norma munditię, puritatis, & continē-
tiæ, ora matrem miſericordię, vt in hac valle
miſerię nos defendat à prauo ſcelere, vt exuto
mortali corpore, perfruamur ęterna requie.

℣. Ora pro nobis beate Alberte. ℟. Vt digni.

Orō.

COncede, q̄s ops Deus, vt per virtutem bene-
dictionis huius aquę, & p meritū paſſionis
Domini noſtri Ieſu Chriſti; & p interceſſionem
beatę Mariæ virginis, & beati Alberti, & omni-
um Sanctorū, & Sanctarū Dei, omnes fideles,
qui piè, & deuotè aquā iſtam guſtauerint, &
animę, & corporis ſanitatem recipere valeant;
& in tuo ſancto ſeruitio ſemper permanere. Per.

INTONATIONES BENED.

Duplex maius.



In dup. tam maioribꝰ, quã minorib. Temp. Pasch.



73

INDEX EORVM, QVÆ IN hoc opere continentur.

Natiuitas Domini. 4.
S. Stephani. 6.
S. Ioannis Apostoli, & Euang. 6.
SS. Innocentiũ. 8.
Domin. infra Oct. Nat. Dñi. 9.
Circumciſio Dñi. 10.
Epiphania Dñi. 11.
Dom. infra Oct. Epiph. 12.
Oct. Epiphanię. 13.
Dominicæ post Epiphaniã.
Dom. In Sept. Sexag. & Quinq.
Dominicę Quadrag.
Dom. de Paſſione. 18.
Dom in Ramis Palm. 18.
In Die S. Paschę. cu duob. sequentib. 19.
Dom in Albis. 19. cũ Dom. vſq; ad Aſceſionẽ.
Aſcenſio Dñi. 22.
Pentecoſtes. 24. cũ duob. ſeq.
In Feſto SS. Trinit. 25.
In Feſto Corporis. Chriſti. 26.

19

Dominicæ poſt Trinit.

Feſta Februarij.

Purificatio B. Marię Virg. 38.
S. Matthiæ Apoſt. 39.

Feſta Martij.

Annunciatio B. Mariæ Virg. 39.

Feſta Aprilis.

In feſto S. Marci Euang. 40.

Feſta Maij.

SS. Philippi, & Iacobi Apoſt. 41.

Feſta Iunij.

S. Barnabę Apoſt. 41.
S. Eliſei. 42.
Natiuitas S. Ioannis Baptiſtę. 43.
In Feſto Apoſt. Petri, & Pauli. 44.

Feſta Iulij.

Viſitatio B. Mariæ Virg. 45.
Comm. ſollemnis B. Marię Virg. 46.
S. Elię Ducis, & Patris noſtri. 47.
S. Iacobi Apoſt. 48.

Feſta Auguſti.

Dedicatio S. Mariæ ad Niues. 48
Transfiguratio Domini. 49.
S. Alberti. 50.
S. Laurentij. 51.
Aſſumptio B. Marię Virg. 52.
S. Bartholomęi. 53.

Feſta Septembris.

Natiuitas B. Marię Virg. 54.
S. Matthęi Apoſt. 54.

Feſta Octobris.

S. Thereſię. 55.
S. Lucę Euang. 55.
SS. Simonis, & Iudę Apoſt. 56.

Feſta Nouembris.

Feſtiuitas omniũ Sanctorum. 56.
Pręſentatio B. Marię Virg. 57.
S. Andręę Apoſt. 36.

Feſta Decemb.

Conceptio B. Marię Virg. 36
S. Thomę Apoſt. 37.
Commune SS. 58

Orationes propriȩ SS. Ord. Carmel. 66.
Benedictio Aquæ S. Alberti. 70.
Intonationes Benedicamus 72.

$60.

184 **Book of Offices.** Proprivm de Tempore Dominici Prima Aduentus. An Illuminated Vellum Manuscript of the 16th Century, on 39 leaves or 78 pages.

Folio, old red morocco, gilt, gilt edges, in drop case.

Consists of the Prayers, etc., to be read on the Great Feast of the Church. The Seasons are given first, then the "Propers" of Doubles follow by those of the Saints, etc. Each page is ornamented with beautiful ornamental borders of flowers, in brilliant colors, some of which are heightened with gold and silver. There are numerous capital letters throughout, three of which are historiated with figures in brilliant colors and burnished gold, and many contain scenic backgrounds. The work appears to be of a Spanish Origin, of great artistic beauty. The size of the page is 10 inches high by 7 1/4 inches wide.